

**mus Auctor habet, qvæ suscipitur de aliquo re linstituto,** debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quo disputetur. Operæ ergo pretium erit indicare non tantum quid nomine Salis in genere, sed & quid nominibus Acidi, Alcali, Fixi, & volatilis intelligamus, & quem formalem conceptum verba hæc menti exhibere debeant. Sal itaque Substantia est Sapida, & in liquido aquo solubilis. Quo ipso jam non excludimus Salia intrinseca, i.e. quæ particulis aliis, terreis nempe ramosis, vel oleosis involuta & incarcerata sunt: qualia delitescant in corporibus etiam sensu insipidis, v. g. Mercurio dulci, Ligno Sangvine, phosphoro solido &c. quantum de extrinsecis & extricatis ab involucris suis terrestribus, activitatem, penetrantiam ac dissolutionem remorantibus, praecipue nobis sermo sit. Removemus autem corpora terrestria insipida, porosa, minus solubilia, alcalina dicta, quæ acidum quodvis facile in accessum admittunt, ut sunt omnia testacea, marina, terrea, lapides cancrorum, calx viva &c. Cum autem a posteriori & effe-  
**xpli-  
cacio-  
ne e-  
ius Descriptio.** Etu hæc salis cognitio magis petita sit, essentiam illius minus exprimens, salia dicemus constare, ut omnia corpora, non tantum certa magnitudine ac figura particularum, sed esse quoque in primis congeries punctorum minimorum terrestrium rigidorum, quæ ratione figuræ plus minus, acuta, conica, vel cylindrica, vel prismatica, & pro diversitate pororum & magnitudinis s. superficie magis vel minus plana, lata, variant, & in diversas species abeunt, & ratione volatilitatis, fixitatis ac effectuum differunt, & varia sortiuntur nomina.

### §. V. Com-